



I. N. J.

Thesis I.

HXpositis in disputatione priori hypothesibus tum ijs, quæ motui tam primo, quàm secundo communes sunt, tum quæ soli motui primo ejusq; salvandis apparentiis conveniunt: sequuntur demùm eæ, quæ ad motum duntaxat secundum & quæ inde apparent, accommodantur.

Thesis II.

Est autem motus secundus, qui distinctis periodis fit ab occasu in ortum: Dicitur sic respectu primi, qui huic tanquam contrarius primo mobili inesse statuitur, de quo in disputatione priori satis. Vocatur aliàs etiam motus stellarum proprius, quia non omnibus stellis communis, sicut primus, sed singulis peculiaris existit & ab alio diversus. Ptolemæo appellatur *εις τὰ ἐπιόρδια*, in consequentia, (scilicet signa) quia secundum successionem signorum Zodiaci incedit.

Motus secundus.

Thesis III.

Hunc stellarum motum ejusq; apparentias cum Astronomi demonstrare à priori nequeant, præstare idem à posteriori coguntur, id quod fieri oportet per certas & peculiare hypotheses, quæ nihil aliud sunt, quam distinctæ variorum orbium, certo modo & ordine invicem dispositorum theoriæ, stellisq; singulis motu distinctis accommodatæ. Quemadmodum enim motus primus per debitam variorum circulorum dispositionem in sphaera armillari seu globo cœli repræsentatam, explicatur: ita secundus per variorum orbium dispositiones in theoriis traditas demonstratur, quæ

Motus secundi Hypotheses.

A 2

cum